Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Hensler Nicolaus Beselin

Clavis Iuris Iustinianei : Disquisitio ...

II.

[Frankfurt, Oder]: Eichorn, 1615

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757434851/phys_0001
DFG

Vr.K.—2 (168.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757434851/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757434851/phys_0004
DFG

CLAVIS IVRIS JVSTINEANEI DISQVISITIO II.

Quam

Annuente Divino Numine

Ex Conſenſu & Autoritate

Nobiliſſimi ampliſſimiq; Iuriſconſultorum in alma Viadrina ordinis,

PRÆSIDE

JOHANNE HENSLERO

Nobiliſſimis, præſtantiſſimis ſuis Dominis Collegis privatim diſcutiendam proponit

NICOLAUS BESELIN

Roſtoch Megap.

Die 9. *Decembr. Anno* M. DC. XV.

Loco, horiſque ſolitis

Typis JOANNIS EICHORN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851/phys_0005
DFG

VIRO CLARISSIMO ET EXPERIENTISSIMO DOMINO

FRANCISCO OMICHIO MEDIC. Doct. celeberrimo & Acad. Francfurt. Profeſſ. publ. affini & fautori ſuo ſummo.

UT ET

VIRO SPECTATISSIMO, GENERE & eruditione Patritio Domino

BALTHASARI BESELIN PATRI ſuo omni officiorum genere colendo.

Hoc Legale exercitium in debitæ obſervantiæ ſignum

Dicat & offert

NICOLAUS BESELIN, Roſtoch. Megapol. Reſp.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851/phys_0006
DFG

Epimetra Politica.

I.

An amittitur nobilitas gradus adſumptione, vel advocandi munere? N.

II.

An mercatura? A.

III.

An Doctores, iiſdem cum nobilibus privilegiis gaudentes, ſi alienis negotiationibus operam impendunt eadem amittunt? A.

IV.

An vir pius & Chriſtianus magiſtratum gerere poſsit? A.

V.

An Clerici & Epiſcopi magiſtratus offfcio jure fruuntur? N.

VI.

An ſatius eſt magiſtratum eligere, quàm â ſucceſsione exſpectare? A.

VII.

An Pincerna imperii, Rex Bohemiæ, in Imp. Electione peculiare & proprium habeat votum? N.

IIX.

An gynæcocratia probanda? regulariter N.

IX.

Quis ætas ad magiſtratum aptior? media.

X.

An incolæ peregrinis præferendi? A.

An

XI.

An pacta familiaria ſeu gentilia defendi poſſunt? A.

XII.

An capitulatio Imperatoris noſtri Monarchiæ noſtræ præjudicat? N.

CLAVIS
Juris Juſtinianei.
Diſquiſitio II.
Reſpondente NICOLAO BESELIN Roſtoch: Megapol.
Lib. I. Tit. 10. De nuptijs.

Primus patriā poteſtatem cōſtituendi modus, sūt nuptiæ juſtæ. Harum materia, quia quotidiana & perutilis, ideo exactiq; cognoſcenda eſt. Pro inſtituti itaq; noſtri modulo conſiderabimus.

- 1. *Earum antecedens, nempe Sponſalia, quæ olim nuptias præcedebāt* ſolennitatis cauſa, *hodiè ut ſi ſubſit impedimentum, quod obſit nuptijs a moveatur. Cæterū ea*
  - *1. definiuntur mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum.* l.1.ff.de Sponſal.
  - *2. contrahuntur*
    - *1. Conſenſu nudo (ſecus tamen olim* l.2.d.t.*) uti & nuptiæ. Sed in his eſt affectio maritalis, in illis ſponſalitia.* l. 4. d. t.
    - *2. à quibusvis, etiam primæ ætatis hominibus, modo tamen minores ſeptem annis non ſint, ut ab utraq; parte quid fiat, intelligatur.* l.14. d. t.
    - *3. vel*
      - *purè*
      - *ſub conditione, quâ non verificatâ, nihil actū* creditur, niſi ſcil. ſubſecutus ſit concubitus: *Nam tum á conditione deceſſum, & purè contractū matrimoniū* creditur. c. per tuas: X. de condit. appoſ: *oportet autem ut ſit*
        - *honeſta, licita & conveniens: ut ducam te ſi parentes conſenſerint: ſi* centum dotis nomine dederis: c. ſuper X. d. t. de cond. ad poſ.
        - *non vero aut*
          - *turpis vel impoſſibilis, velut, ſi furtum feceris, ſi cælum digito tetigeris. Talis pro non ſcripta habetur, & ſponſa ducenda eſt.* c. ult. in fin. d. t.
          - *pugnans cum ſubſtantia conjugij, ut, ſi ſobolem non generaveris, ſi te aliis proſtitueris. Et tali conditione adpoſitâ nihil agitur.* d.c.ult.
  - *3. Sunt ex jure civili una tantum, ex canonico dividuntur*
    - *1. ex* c. pen. X. de Sponſal. *in ſponſal.*
      - *de præſenti, quæ fiunt verbis de præſenti: ut accipio te in meam.*
      - *de futuro quæ fiunt verbis de futuro, ut accipiam te in meam*
      - *Sed hæc diviſio eſt* contra Sponſaliorum definitionem l.1.de Sponſal. juris principia l. 30. de R. J. & contra ipſum jus Can. c. licet cum ſeq. X. de Sponſ: duor. *Quare meritò exploditur.*
    - *2. ex* t.X. de Clandeſt. deſpon. *in*
      - *publica, quæ cum conſenſu tam contrahentium, quam ipſorum parentum, in præſentia trium teſtium, per quos probari poſſint, contrahuntur.* Gylm. ad h.t. pag. 48.
      - *Clandeſtina, quæ vel clam & nemine præſente, vel in præſentia teſtium, ſed ſine conſenſu parentum contrahuntur.* Gylm. d. loc.
      - *Si publica cum una, & clandeſtina cum alia ab eodem ſint contracta, publica meritò præferuntur.* Quando a. & tum canoniſtæ ea præferunt, ſi ad Clandeſtina cōmixtio carnalis acceſſit. c.3 & ult. X. de ſpon. duor. *Reformatæ religionis conſiſtoria diſceſſum faciunt* Beuſt, l.1. de ſponſal. c.14.
  - *4. Ab illis olim facilè diſcedebatur.* l.10.ff.d. ſæpè t. *& tum ſi arrhæ ſponſalitiæ datæ erant, isq; qui dederat, primò diſcedebat, eas amittebat, ſin is qui receperat, duplicatas reſtituere cogebatur.* l.1.3.& ult.C.eod. *Hodiè quia plerumq; ſunt pura & publica, tā difficulter, diſcedere licet, ut & graviter interpp. diſputent*, an ea cum corrupta per errorē contracta, ſponſus per matrimonium ſubſequens conſummare teneatur? *ubi tamen negativa contra canoniſtas verior eſt, probariq; poteſt, ex jure divino.* Deut. 22. verſ.19.& ſeqq. *& civili* l.11.§.1.ff.de act.empt.l.30.ff.de R.N.Nov.Leon.93.
- 2. *Definitionem* pag. ſeq.
- *3. quomodo contrahuntur.* pag. ſeq.
- *4. quomodo conſummantur & conſumptæ diſſolvantur.* pag.14.

efiniuntur nuptiæ ſeu matrimonium §. 1. 5: de pat: poteſt. *viri & mulieris (ſcil. unius non plurium*, pro- bita enim eſt polygamia §. 6. h. t. n. de nupt. l. 1. in fin. ff. de his qui not: infam. l. 2. C. de inceſt. nupt. l. 18. . de adult.) *conjunctio (ſcil. legitima* animorum *quæ in conſenſu conſiſtit legitimo*, de quo poſtea) *indi- duam (ſcil. per ſe & ratione intentionis votiq; contrahentium, quamvis juſtis ex cauſis poſtea diſſolvi inter- m contingat) vitæ conſvetudinem (id eſt, omnium quæ ad vitam ſuſtentandam pertinent, ut res, honores, di- itates, domicilium, omnisq; fortuna, ſive bona, ſive adverſa.* l. 1. ff. de R. N. l. 22. §. 7. ff. ſolut. matr & ſi- il.) *continens.*

...ntra- ...ntur ...ſtæ et ...giti- ...æ nu- ...iæ ſe- ...ndū ...æce- ...a le- ..., quæ ...ſtu- ...nt.

- *1 perſonarū habilitatem quæ requirit ut contrahentes ſint*
  - *1 Cives Romani (id eſt liberi* arg. §. fin. 5. de libert.) *nam de jure civili ſervi non connubium ſed contubernium faciunt*. l 3. C. de inceſt. nupt. *Hodiè, ut ſint Chriſtiani*. l. 6. C. de jud. & Cælic.
  - *2. maſculi ſint puberes, fœminæ viri potentes: quod æſtimatur jure*
    - *civili ex annis: nam maſculi majores 14, puberes, fœminæ majores 12 annis, viri potentes habentur*. in pr. j. quib: mod: ut. fin.
    - *Canonico, non tam ex annis, quam habitu & conſtitutione corporis, uſuq; matrimonij, ſeu potentia coëundi*. c. puberes. X. de deſponſ. impub. Et hoc jus in curijs noſtris obſervare melius & tutius eſt.
  - *3 non ſint ratione vel cognationis vel affinitatis, vel alio modo jungi prohibiti*. vide pag. ſeq.
- *2 conſenſum*
  - *tam contrahentium, qui* nudus ſufficit, matrimoniumq; efficit. l. 30. de R. J. l. 2. ff. de R. N. Nov. 22. c. 3. Nov. 74. c. 4.
  - *quam parentum (modo non ſint furioſi* [pr. h. t.) *in quorū ſunt poteſtate. Et hic probe ſciendum quod*
    - *1 is conſenſus requiratur ex o*mni jure
      - divino exod. 22. verſ. 16. & ſeq. num. 30. v. 4. 5. 6.
      - natutali per apertum textum h. pr.
      - canonico c. aliter c. noſtrates 30. q. 5. c. ſi verum 31. q. 2. *Horum tamen textuum claritatem & lucem ipſi Pontificij & canoniſtæ extinguunt, dicentes, quod parentum conſenſus ſit de honeſtate, non neceſſitate*. gloſ. in c. ſufficiat 27. q. 2.
      - civili. l. 2. l. 18. l. 35. ff. de R. N. l. 12. C. h. t: de nupt. de Nov. 22.
    - *2 ex jure civili parens ille, cujus conſenſus adhibendus*, tantum ſit pater non mater. l. 2. 9. 10. ff. de R. N. l. 8. C. h. t. *Mater enim in ſua poteſtate liberos non habet*. §. 10. j. de adopt: *De jure tamen naturali ejus conſenſus requiritur*. l. 1. & 2. ff. obſeq. par: & patr: *unde* Gylm: ad h. t. p. 54. *tradit, quod* conſiſtoriales ejus etiam conſenſum, *patre præſertim non ſuperſtite, ſupra ſententiam ll. noſtrarum requirant.*
    - *3 ex jure civili patris conſenſus in filij emancipati nuptijs non requiratur*, l. 25. ff. de R. N. *in filiæ a. emancipatæ omnino*: l. 18. C. h. t.
    - *4 non ſit neceſſe ut ille conſenſus ſit expreſſus, nam* & tacitus ſufficit l. 7. §. 1. ff. de ſponſal. l. 8. C. h. t.
    - *5 Conſenſus debeat præcedere, aliàs nuptiæ ſunt injuſtæ, unde* ratihabitio non retrotrahitur *ſed ex eo ſolum tempore, quo pater ſuum dedit conſenſum, juſtæ ſunt*. l. 13. §. 6. ff. ad l. Jul: de adult. l. 68. de jur: dot.
    - 6 vide pag. ſeq.

6. ſi citra conſenſum ducat
- filiusf. non poteſt exhæredari ſi ea ſit honeſta, poteſt ſi ignominioſa. l. 3. §. 5. ff. de bō. poſ. cont. tab. filiaf. *& tum aut eſt minor 25. annis*, & eadem diſtinctio adhibetur, *aut major, & tum etiamſi inhoneſto nupſerit, exheredari nequit*. Nov. 115. c. 3. §. 11. *niſi tamen is ſit ſervus* d. §. 11. *aut ea more meretritio vivat*. l. 19. C. de inoff. teſtam.
- *Hanc diſtinctionem videtur Car. V. approbare dum in Policeyordnung* de anno 1548. tit. *Vom Sacrament der Ehe in fin. magiſtratui ordinario permittit cognoſcendum, an tales ingrati liberi ex parte, an vero omni patrimonio excludendi.*]

Vt dexterius percipiamus quinā ſint prohibiti inter ſe nuptias contrahere, neceſſe eſt ut notētur.

- *1 graduum numeratio, cujus principiū eſt cognatio, quæ eſt vel*
  - *naturalis, quæ in genere eſt colligatio inter certas perſonas, quæ unà cōmuniter natæ, ab eodē ortæ progenitæve dicuntur.* arg: l. 4. ff. de grad: *Ea*
    - *1 dividitur in*
      - *agnationem, quæ eſt cognatio per civilis ſexus perſonas contingens: Talis eſt, ex:cauſ: inter patruum amitam, fratrem ſororem &c: Et hi dicuntur germanicè, Vettern vom Schwertmagen.*
      - *cognationem in ſpecie dictam, quæ ex materna linea oritur: Et eſt exempli gr: inter avunculum materteram & ſororis liberos etc: Ohmen die von der Spielſeiten.*
    - *2 habet ordinem ſeu lineam (quæ dici poteſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſcernens) triplicem*
      - *1 deſcendentium, ut filij filiæ, nepotis neptis, et reliquorū in infinitū.*
      - *2 aſcendentium, ut patris matris & reliquorum in infinitum.*
      - *3. collateralium, ex transverſo vel ex latere conjunctorum.*
  - *gradus porro*
    - *eſt de proximo cognato in proximum tranſitus: ſeu intervallum, quo cognoſcitur, quæ perſona ſtipiti ſit propior, vel ab eodem remotius diſtet.*
    - *Eſt autem ſtipes perſona, à qua aliqui, de quorum cognatione quæritur, originem ducunt. Quidem vocant eum Joachim, quidam truncum, quidam Petrucium, quidam omittunt nomen & faciem hominis pingunt.*
  - *civilis, quæ eſt ex adoptione.* d. l. 4. §. 2. *Hac tamen illi tantum cognati fiunt, qui propriè dicuntur agnati. V. g. amita & patruus fit per adoptionem avunculus & matertera minime.* l. 12. in fine ff. de R. N. l. 27. ff. de adopt.
  - *Ejus numeratio alia eſt ex jure*
    - *civili quod unam habet regulam, quam innumeratione aſcendentium & deſcendentium obſervat: quæ eſt*, quælibet generatio unum facit gradum. *Alij ſic exponunt:* quot ſunt perſonæ tot ſunt gradus dempto ſtipite.
    - *canonico, quod*
      - *obſervat* eandem regulam, *in numeratione adſcendentium & deſcendentium.*
      - *diſtinguit lineā collateralē in*
        - *æqualem quando aqua eſt graduum diſtantia á communi ſtipite: tum dicit.* quoto gradu altera perſonarum (*de quarum cognatione quæritur*) diſtat à communi ſtipite, toto etiam gradu inter ſe diſtant.
        - *Inæqualem, quando una perſona aliam gradu præcedit. Et obtinet regula:* quoto gradu collateralis remotior diſtat á communi ſtipite, toto etiam gradu inter ſe diſtant.
- *2. gradus prohibiti.* pag ſeq.

Computatio Canonica, etſi rationi non conveniat, & abſurdè cognationem obliquam rectæ exæquet, patrem & fratrem, patruum & patruelem eodem gradu conjungat, & non ſine miraculo ex duobus gradibus unum faciat, vide c. ad ſedem, c parentelæ 35. q. 5. c. ult: X. de conſang. tamen quia in foro recepta & uſu comprobata eſt, ideo quoq; in ſcholis docenda eſt. *Communiter dicunt, quod computatio canonica in nuptijs, civilis in ſucceſſionibus & tutelarum materia ſpectetur. Alia ad hanc materiam ſpectantia* vide infra tit: de grad. cognat. lib. 3. tit. 6.

In nuptijs prohibitis perpendenda

- 1. probibitionis causa, quæ eſt vel ex jure
  - naturali & cōmuni, Et vel ob
    - cognationē (etjam in ſervis § 10h.t.) in linea
      - recta in infinitum:
        - nam parentes & liberi nunquam poſſunt nuptias contrahere l.53. ff. de R. N. Si autem de facto contrahant, nuptiæ dicuntur inceſtæ. l. fin.d.t. Levit.18.17. nec diſtinguitur an tales facti ſint
          - naturâ ex pro creatione verâ,
          - adoptione, tam manente, quam ſolutâ, ſine dubio inde, quod hæc naturam imitatur §. 4. 5. de adopt.
        - ut & qui parentum ac liberorum ſunt loco: velut
          - patruus & fratris filia, neptis & c: §.3.h. t.
          - avunculus & ſororis filia neptis etc: d. §.3.
          - matertera & ſororis filius vel nepos. §. 5.h.t.
          - amita & fratris filius vel nepos d. §. 5.
      - obliqua prohibetur gradus
        - Secundus, in quo ſunt fratres & ſorores ſive tales
          - nati, ab eodem patre eademq; matre, ſive ab altero eorum. §.2.h.t.
          - facti per adoptionem, quæ tamen matrimonium impedit, quam diu durat, diſſoluta minimè. d.§.1.
        - Tertius: ut fratris vel ſororis filiam ducere uxorem non licet. §. 3.h.t.
        - quartus in quo tamen nuptiæ
          - prohibentur, ſi in eo poſitæ perſonæ, parentum & filiorum ſunt loco, & ſic neptem fratris vel ſororis quis ducere nequit: d.§.3. imò nec alias ex ea in infinitum natas. ob reg. ante dictum.
          - conceduntur de jure
            - Civili & divino, ut inter duorum fratrum vel ſororum, vel fratris & ſororis liberos, §.4.h.t. Gen, 29.Ioh.15.
            - canonico minimè, quia ſunt juxta ejus computationem in gradu 2, at nuptiæ ſunt probibitæ ad gradū quintum excluſivè. c.pen.& ult.X. de conſang. VVeſenb. in parat. de. R. N. n.4. tradit quod in Curijs reformatis usq; ad gradum quartum excluſivè jungi poſſint. Ego non dubito, quin & hodie magiſtratus, ſi ei integrum videatur, conſobrinorum nuptias permittere poſſit.
    - affinitatē quæ
      - Eſt a finibus dicta, quaſi duorum ad unum finem unitas, aut quod alter ad alterius cognationis fines accedit: ſunt enim in ea duæ cognationes, aut duæ diverſæ diverſarum cognationum perſonæ: unde apparet, quod jus illius neceſſitudinis ſit inter conjugem unum & alterius conjugis cognatos, non etiam inter cognatos utriusq; conjugis, ita ut impedimento ſit nuptijs. Ex. gr. frater fratris conjugem ducere nequit. l. 5.C.de inceſt: nupt.Levit. 18. Duo tamen fratres poſſunt ducere duas ſorores, & unus matrem, alter filiam.
      - gradus habet de jure
        - civili nullos l.4.§.5. ff. de grad.
        - Canonico tres
          - primus fit per copulam carnalem viri & mulieris, inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem. quoto enim gradu quis eſt conſanguineus uxori, toto fit mihi affinis. Et ſic tot gradus hic ſunt prohibiti, quot inter cognatos.
          - 2. fit, ſi perſonæ, quæ primo affinitatis genere conjuncta eſt, copulatur perſona nobis extranea. Sed hic nullam hodiè prohibitionem habet. Vide cauſ.35. q. 5.
          - 3. cum perſona, quæ 2. genere juncta eſt, alij perſonæ copulatur. Sed nec hic ulla prohibitio.
      - nuptias
        - prohibet inter vitricū & privignā, novercam & privignū, ſocerum & nurū, ſocrum & generum, levirū & fratriam, glotem & ſororium. §. 6. & 7. h. t.
        - concedit inter comprivignos. §.8.h.t.de quorum tamē conjunctione dubitat Anton.Mat.diſp.2.theſ.11.ob.Lev.18.verſ.11.juncto verſ.9.
  - civili et ſpeciali pag, ſeq.
- 2. probibitorum de facto contrahentium pœna. pag. 14.

Ideo quod alter illorum vel aliam uxorem, vel alium maritum habet d.§.6.in fin. Nam bigami jure ff. in famia notantur. l. 1.ff.de his qui not. infam. Hodie ex conſtitutione carolina ultimo ſupplicio afficiuntur. P. H. O. art.121.

Cauſa ex jure civili ſeu ff. (quonos Jmp. in §. 11. h. t. remittit) iterum dividi poteſt, quod ſit vel ex

- lege & natura ſimul, idq; vel ob defectum
  - animi & coporis ſimul, ut infantes. 5. in pr. h. t.
  - animi tantum ut
    - furioſi. c. neq: furioſus. 32. q. 7.
    - errantes, inter quos tamen canoniſtæ diſtinguunt, quia dicunt, quod quidam error ſit circa matrimonij
      - Subſtantiã, ut eſt error
        - perſonæ, quando pro una perſona alia ſubſtituitur: & hic error eſt maximus, quare matrimonium verè non eſt contractum. c. un. 29 q. 1. in foro noſtro ſi tale quid contingeret, non putarem facilè ſolvendum matrimonium, re nempe non amplius integrâ.
        - conditionis, cum pro libera ſerva obtruditur. d. c. un.
      - accidentia ut error
        - qualitatis, ſi quis ducat defloratam & corruptam pro virgine: Et hic jure can. non ſolvit, ſed ei conſuetudo noſtrarum Eccleſiarum repugnat, quæ ad inſtantiam mariti divortium permittit, reconciliatione tamē prius tentatâ non impetratâ per Deut: 22.
        - fortunæ, cum quis putat ſe ducere divitem, & venit pauper: & hic ſine dubio non ſolvit.
  - Corporis tantum, ut ſunt illi, qui ob vitium aliquod evidens prorſus inepti & in habiles ſunt ad officia maritalia. Imò ſi cum tali perſona juncta eſt integra, ab ea liberatur, l. 10. C. de repud. l. 39. §. 1. ff. de jur. dot. c. 1. X. de frig. & malefic. etiam hodiè, quia finis matrimonij ſummus, qui eſt ut liberi procreentur & adulteria vitentur, hic ſperari nequit. Gen. 2. 1. Cor. 7. t. t. X. de frig. & malefic.
- lege tantum & vel ob
  - publicam honeſtatem, ob quam quis prohibetur ducere §. 9. h. t.
    1. filiam ex uxore poſt divortium ab alio procreatam.
    2. Sponſam filij
    3. Sponſam patris.
    4. Viduam privigni. l. 15. ff. de R. N.
  - inæqualitatem aut
    - conditionis ſeu dignitatis, ut ſunt Senatorij ordinis homines & viles. l. 16. l. ff. de R. N. ſed hoc mutatum. Nov. 78. c. 3. auth. Sed novo C. h. t. de nupt.
    - ætatis, ut vir Sexagenarius & fœmina quinquagenaria, quod tamen mutatum. l. 27. C. h. t. ſine dubio ideo, quia plures ſunt fines matrimonij. Convenit tamen hic, non modò quod libet, ſed & quod honeſtum eſt, ſpectare. l. 42. de R. N.
  - officiũ & adminiſtrationem
    - cum publicam, & ſic prohibentur nuptias contrahere, præſes ac magiſtratus provinciales, & ei ſubditæ fœminæ. l. 38. l. 36. ff. de R. N.
    - tum privatam, ut tutor, curator eorumq; filij & pupillæ. l. 59. l. 64. de R. N. t. t. C. de interd. matrim. inter pup. & tut.
  - flagitij enormitatem, ut raptor & rapta. l. un. C. de rapt. virg. vide de his omnibus Dominum vult: ad pr. h. t. n. 23. prolixè.

Probibitas nuptias contrahentes puniuntur
- *ex jure civili ſequenti modo, quod liberi nati non ſint in poteſtate, nec parentem habere cenſeantur, nec vir, nec uxor, nec dos intelligatur, nec dotis exactioni locus ſit, infamia irrogetur, & aliæ coërcitiones extraordinariæ infligantur.* §. 12. h.t.
- *hodiè ex uſu ſi nuptiæ ſint*
  - *inceſtæ, capite, vel etiam nonnunquam igne.* Gylm. ad h.t.p.73.
  - *nefariæ* (quæ propriè inter cognatos collaterales, repugnante natura contrahuntur) *fuſtigatione.* Thoming. deciſ. 42.
  - *inutiles (quæ contra juris civilis diſpoſitionem ſunt) cinguli, id eſt honoris & dignitatis ſpoliatione, exilio, verberibus, infamia, bonorum confiſcatione, exilio quoq; & verberatione, ſi perſona ſit vilis.* l.6. cum auth. ſeq. C. de inceſt. nupt. Nov. 12. c. 1.

Nuptiæ contractæ porro
- *conſummuntur*
  - *ex jure civili, deductione novæ nuptæ in domum mariti: Errant qui putant*, quod ea pertineat *ad ſubſtantiam & formam matrimonij contrahendi:* per dd. ſup. tex. l. 30. de R. J. l. 22. C. h.t. Nov. 22. c. 3. Nov. 74. c. 4.
  - *Hodie ex more noſtrarũ Eccleſiarum*
    - *trinundina nuptiarum promulgatione.*
    - *benedictione in cœtu Eccleſiæ*
    - *feſtivitate cõvivij nuptialis.*
    - *cohabitatione & concubitu*

    Hæc etiam non pertinent ad formam matrimonij, ita ut hoc ſine illis eſſe & dici poſſit, arg. dd. text. *Honeſtus tamen vir, neceſſariò illos ritus obſervat, quia quæ benè Eccleſia inſtituit, non oportet petulanter contemnere.* c. aliter. 30. q. 5. c. fin. X. de Cland. deſponſ.
- *Conſũptæ*
  - finiuntur morte. l. 1. ff. de divort. 1. Cor. 7. v. 39. Rom. 7. v. 2.
  - *dirimũtur*
    - *adulterio:* Nov. 117. c 9. & 10. mat. 5. v. 32. & 9. v. 19. non tantum quoad thorum & menſam, *ut ſomniant canoniſtæ,* c. 1. c. quæſivit. X. de divort. c. 1. & ſeqq. 32. q. 7. *Sed in totum, quoad vinculum fidei conjugalis, ita ut* innocens ad ſecunda vota licitè tranſire poſſit. arg. d. c. 19. mat: v. 9. á contr. ſenſu. *Et ſic in conſiſtorijs noſtris judicari dicunt* Bez. aur. ſuo tract: de divort. & repud. Luth. lib. *von Eheſachen.* & communiter omnes Theologi & JCti.
    - malitioſa deſertione 1. Cor. 7. v. 15. præter has, alias cauſas conſiſtoria Chriſtiana non admittant. Bez. d. loc.

Ex §. fin: tit: 10. de nuptijs.

Secundus poteſtatẽ patriã cõſtituendi modus eſt legitimatio
- *quæ eſt, per quam liberi naturales, id eſt, ex concubina nati, efficiuntur legitimi:* d. §. fin.
- *fit*
  - *1 per oblationem curiæ, quando filius naturalis á patre curiæ offertur, & oneribus publicis gerendis ſubijcitur, tum fit legitimus. Ejus conditiones, quia exolevit cum Rep: hic non adjicio, videantur* Nov. 89. c. 6.
  - *2 per ſubſequens matrimonium, ſi is qui ex legitima concubina liberos ſuſcepit, cum ea poſtea contrahat matrimonium, inſtrumentis dotalibus factis* h. §. f. *Hæc enim ſine dubio ex juris præſcripto requiruntur.* l. 10. C. de nat. lib. d. Nov. 89. c. 8. *ſed communis opinio, quæ uſu recepta eſt*, Geil. 2. obſerv. 41. *aliud tenet: unde ſine ijs naturales jus ſuccedendi per ſolum ſubſeq. matrimonium* ex interpretatione *conſecutos tradit*, Vult. 1. J.P. c. 23. n. 7. *Et hic modus omnium eſt efficaciſſimus, ac non modò poſtea,* ſed & ante natos liberos *juſtos facit.* d. §. fin. c. tanta X. qui fil. ſint leg.
  - *3 per reſcriptum Principis, quo imp: vel alius ejus nomine (quales ſunt hodie comites Palatini) natum extra matrimonium naturali ingenuitati reſtituunt, ut deinceps pro legitimò habeatur.* d. Nov. 89. c. 1. *Hunc modum tum demum locum habere dicit* Geil. d. obſerv. *ſi liberi legitimi deficiunt.*
- *Uſus ejus, quem Dd. valde deprædicant, obtinet hodiè, concubinatu,* non jure civili noviſsimo, ſed ab Eccleſijs reformatis *planè abolito,* c. nemo 32. q. 4. *in omnibus liberis ex quacunq; muliere procreatis, dummodo ejus matrimonium ll. non ſit interdictum.* arg. d. l. 10. C. de nat. lib.

definiri poteſt legis actio, *qua homo liber, hominem liberum in locum filÿ nepotisve eligit. Imò adoptio non ſolum filium (qui dicitur is, qui quovis modo ab aliquo genitus, ſed non in ejus eſt poteſtate) ſed & filiumfamilias (qui in ſuæris parentis eſt conſtitutus, facit)* in pr. h. t. *quod tamen limitandum, ut ex ſeqq. patebit. Is etiam dicitur filius legitimus, quia ex adoptione, quæ ex lege, eſt factus.*

- *Eſt*
  - *hominum liberorum, tam maſculorum quam fœminarum ſive prius nunquam, ſive antè adoptati fuerint, nam &* legitimus filius ab adoptivo patre iterum in adoptionem dari poteſt. §. 8. h. t.
  - *non ſervorum, nam ſervus adoptari a domino nequit: ob favorē tamē libertatis ſancitū ut ſervꝰ ſi dicatur a domnino adoptatꝰ aut pro filio tractatus, tantū liber, nō etiā filius ſit.* §. fin. h. t.
- *non conceditur*
  - 1. *minoribus natu: adoptans enim eum quem adoptat, plenâ pubertate, id eſt, annis 18 præcedere debet. quia adoptio naturam imitatur,* raro a: quis ante illud tempus ſobolem gignit. §. 4. h. t.
  - 2. Caſtratis, *qui planè ſpem generandi non habent* §. 9. h. t. *Permittitur a.* ſpadonibus, *quibus generandi poteſtas morbo aliove modo impedita, non plane adempta eſt, ideoq; ſpem habet reſtitutionis.* l. 6. in pr. ff. de lib. & poſth.
  - 3 *fœminis, quia nec naturales in poteſtate habent. Ex ſpeciali tamen Principis indulgentia in ſpem liberorum amiſſorum adoptant.* §. 10. h. t.
- *fit in ordinē ſeu locum*
  - *filÿ vel filiæ licet alterius ſit nepos.* §. 6. h. t.
  - *nepotis vel neptis, licet alterius ſit filius, quo tamen caſu ſi filius adeſt,* ejus conſenſus *requiritur, propter jus ſuitatis, quod differtur in tempus patriæ poteſtatis diſſolutæ,* pr. t. ſeq. *& ne ei invito ſuus hæres adgnaſcatur.* §. 7. h. t. *non vero etiam cæterorum, quibus* adgnaſcitur.
  - *pronepotis proneptis & ſic deinceps, ſcil. in locum alicujus deſcendentis, non etiam alicujus collateralis, quia per naturam frater fratrem non procreat.* §. 5. h. t.

Tertius patriā poteſtatem cōſtituendi modus, eſt ex ſola lege, *& dicitur adoptio quæ eſt vox generica &*

- *dividitur in duas ſpecies*
  - *arrogationē, quæ fit ſacro oraculo ſeu principali reſcripto, id eſt coram ipſo principe,* l. 2. ff. h. t. vel etiam alio ab eo ad id inſtructo & deſtinato. l. 2. in fin. C. eod. *Eâ*
    - *adoptātur ÿ, qui sūt ſui juris Et quidem*
      - *regulariter puberes.* §. 1. h. t.
      - *irregulariter impuberes, ubi requiritur*
        - 1 *ut cauſa cognoſcatur, an nempe arrogator naturali cognatione & ſanctiſſima affectione adoptet.* l. 17. §. 1. ff. h. t. *an honeſtæ vitæ & morum ſit,* d. l. 17. §. 2. *an ſit bonæ facultatis,* d. §. 2. *ne lucri potius quam filÿ amore adoptet.* §. 3. in pr. h. t. l. 2. C. eod.
        - 2 *ut arrogator ſatisdet perſonæ publicæ, id eſt tabellioni ſeu notario, ut ſi pupillus intra pubertatem, deceſſerit, reſtituturum ſe bona legitimis hæredibus, id eſt proximis agnatis.* d. §. 3. h. t. *Et ea* cautio omnino neceſſaria eſt, l. 18. ff. h. t.
        - 3 *ut arrogator nec exhæredet nec emancipet ſine juſtæ cauſa, ſecus faciens, præter bona quæ impubes ei antea attulit, cogitur relinquere quartā partē* omnium bonorū ſuorū, nō portionis legitimæ *ut violenter cōmunis opinio exponit.* d. §. 3. l. fin. ff. ſiquid in fraud. patr.
    - *ſpeciale eſt, eiꝰ proprium, ut non ſolum arrogatus poteſtati arrogantis ſubÿciatur ſed & eius liberi.* §. 11. h. t.
  - *uſurpata fuit* pag. ſeq.
  - *requiſita vide* tit. ſeq. in fin.
  - *adoptionem, quæ fit imperio magiſtratus, ſcil. l. actionem habentis* per text. ſup. in defin. *per hanc*
    - *adoptantur ÿ, qui ſunt in poteſtate ſuorum parentum.*
    - *adquirebatur poteſtas*
      - *olim in diſtinctè* ſup. in pr.
      - *hodie ſi adoptio facta ab*
        - *aliquo aſcendente, avo nempe materno vel paterno, ſi ipſe pater fuit emancipatus, quia concurrunt in unā perſonam & naturalia & adoptionis jura* §. 2. in fin.
        - *Extraneo, & tum jura patris naturalis non diſſolvuntur,* nec filius adaptatus in patris adoptivi tranſit poteſtatem, *ſed tantum accipit jus ei ſuccedendi ab inteſtato.* d. §. 2. in pr. *Dicitur a. hic extraneus qui non eſt ex numero aſcendentium, quamvis ſit collateralis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851/phys_0015
DFG

Uſurpata fuit olim adoptio præſertim à ditioribus, & ipſis quoq; Principibus, ideo maximè, quòd etſi filios haberent, tamen eos fortè ſuâ familiâ indignos judicarent, cuperentq; ſibideligere & ſeligere aliunde natos ex cognata familia, quos ſibi propius conjungerent, & quibus ſua bona hæreditaria nominaq; gentilitia relinquerent. ut ex Agell. lib.1.c.19.refert Gylm. ad pr.h.t. *Hodie amplius in uſu eſſe nuſquam audivi. in locum ejus ſucceſſiſſe videtur unio prolium die Einkindtſchafft, quando nempe viduus ex matrimonio priori habens liberos, & vidua etiam ſuos tenens liberos ita contrahunt connubia ut intra omnes illos liberos ſit æqualitas ſuccedendi. Et talem unionem in Germania alijsq; provincijs conſuetudine receptam vel ſtatuto comprobatam* juri communi non eſſe adverſam *defendit latè* Geil. 2. obſerv.125.

Lib. I. Tit. 12. Quibus modis jus patriæ poteſtatis diſſolvitur.

Modos patriam poteſtatẽ conſtituentes juſto ordine ſequuntur diſſolvẽtes qui vel

- *omnino diſſolvunt ut*
  - *1. mors cum*
    - *Naturalis utriusq;, tam ejus qui habetur, quam qui habet in poteſtate,* l.15. ff. quand.dies legat. *ſive is ſit pater, ſive avus, quo caſu, ſi filius vel ante jam mortuus, vel mortis tempore non amplius in poteſtate patris ſui eſt, ſed antè exivit,* nepotes nepteſq; ſui juris fiunt, *ſin adhuc eſt in poteſtate, & ſemper fuit, tum in ejus poteſtatem recidunt.* pr. h.t.
    - *Civilis ut eſt*
      - *deportatio etiã utriusq;, quæ jus civium Romanorũ adimit:* §. 2 .j.de cap. min. *cuius pars eſt patria poteſtas.* §.2,5. de his qui ſunt ſui vel al. pag 8. *Ab hac differt relegatio, quæ ſit ad tempus, & patriam poteſtatem non tollit.* §.2.h.t.l.1.§. 2. de inrerd.& releg. Deportationi bannum imperij ſucceſſiſſe *interpp: putant: Sed id jus commune non adimit, ſed ſolum municipale ejus provinciæ ex qua ſit.* Geil. de P.P. *Bannitorum feci mentionem* ſup. pag.5.
      - *Servitus pœnæ, quando nempe quis in metallum damnabatur, vel beſtijs ſubjiciebatur* [illegible] ff.de pœn. *Sed* hodiè tales ſervi nulli ſunt: Nov. 22.c.8. *Ergo & hic modus ceſſat.*
  - *2. dignitas &*
    - *Olim ſumma patritiatus tantum:* §.4.h.t. *Erat olim patritius intimus Principis Senator, & ad interius conſilium Principis lectus. Ei* hodiè ſimiles *eſſe eos, quos à ſecretis vocant,* ait Gylm. ad h. §. *alij dicunt quoſvis conſiliarios Principis, alij fraternitatis Regiæ ſeu equeſtris ordinis, ut aurei velleris & S.Michael. ſocioſ.* Fomam. diſp: 4. th.20.
    - *Hodiè* quævis dignitas a curia liberans, paternum quoq: nexum diſſolvit l.ult.C. de decur: lib.10.Nov.70.& 81.in pr.& c. 1. *ubi inprimis refertur Conſulatus, prætoria præfectura, vehicularia præfectura magiſterium militium, dignitas Epiſcopalis. Quibus*apud nos reſpondere *ajunt, munus cancellarij apud Principem, aulæ Mareſchallum, præſides judicis Cameralis & Parlamentorum, item præfectos ampliſſimarum urbium, & Epiſcopos.* Gylm. d.l. Doctoratus mentio non fit. quare nec eo diſſolvi poteſtatem dicendum, *& inprimis quia mos creandi Dd. juris, ſucceſſit in locum poteſtatis priſtinæ datæ reſpondendi de jure. Nuſquam autem legitur, quod ob illam poteſtatem liberatio paterni nexus contigerit.* Vult: ad h.§.n. 6. ubi n.4.ait, *quod contraria communiter recepta ſit opinio.*
  - *3. emancipatio*
  - *4. captivitas* — *de his* vide pag ſeq.
- *transfert arrogatio & adoptio facta ab aliquo aſcendente:* ut tit.præced. d. *Hic ſaltem notetur, quod ea ſit*
  - *cum conſenſu, & ejus qui in adoptionem dat, & adoptandi.* §.8. h .t. *modò non ſit infans.* l.pen. C.de emancip. lib.
  - Sine ſcriptura: *Nam verba* d. §. 8. actis intervenientibus, *idem ſignificant, quod pro tribunali ſeu loco publico apud magiſtratum* l.2. C.de alien.pupil.l. 2.l.4.§.5.ff.de appell.

antiquo, per imaginarias venditiones, circumductiones innumerabiles, & raphiſmata, de quibus Caj.l.1.t.6.§.ult. *quæ primò reſtricta ab Anaſtaſio imp.* l.pen.C.de emanc.lib. *ſublata ſunt à Juſtin.* l.fin.d.t.

emancipatione, quæ fit jure — *Juſtinianeo, ſimpliciter apud judicem vel magiſtratum, quocunq; etiā loco* §.6.h.t. *Ejus tamen perpendēdā*
- *1 adjunctum, nam qui emancipat nanciſcitur emancipati bonorum poſſeſſionem, & tutelam ut patronus.* §.6.in fin.h.t.
- *2 ordo, nam poteſt quis emancipare, vel nepotem retento filio, vel filium retento nepote:* §.7.h.t. *ſive hic jam ſit natus, ſive poſtumus, ſi modò ante emancipationem fuit conceptus.* §.9.h.t.
- *3 Natura, nam impetrari nequit invito vel patre vel filio, tam naturali quam adoptivo* §. fin.h.t.

Conſvetudinetio univerſæ Germaniæ: *Et fit*
- *1 ſi pater patitur filium ſuum extra domum ſuam, ſeu ut loquuntur, extra panem ſuum negotiari, eiq; permittat proprias res ac domum, & ſinat familiam alere propriam.* arg.l.1.C.de pat.poteſt.l.3.ff.de SCto Mac.Heig.d.§. n. *docet idem obtinere* de jure Saxoniæ.
- *2 per matrimonium, quod etiam obtinet de jure Saxoniæ.* Treutl.*p.*1.d.2.th.ult. Schneid.h.§.*Adverſatura.*juri communi civili.arg.§.pen.h.t.l.2.§.1.l.29.ff. ſolut.matr.l.12.C.de collat. divino & canonico, *quæ uxorem non niſi quoad obſequia matrimonialia viro ſubjiciunt,* Levit:22.5:c.honorantur 32.q.2.c.1.X. de frig.& malefic.

in totum porrò poteſtas patria diſſolvitur

Captivitate ea — diſſolvit nexum paternum ſtatim, *ſi reſpicitur jus ipſum, quia capti ab hoſtibus fiunt ſtatim ſervi.* §.17.1.de R.D. *Ergo ſtatim* [illegible] *in veritate liberos in poteſtate habere deſinunt, liberiq; ſui juris efficiuntur.* l.16.ff.de inter: in jur.fac. l.pen. ff. de lib. & poſth. *Unde fit ut ſi moriantur apud hoſtes, metiatur patriæ poteſtatis ſolutio, non ex morte, ſed primo captivitatis tempore. Lex enim Cornelia, fingit ſtatim eos apud hoſtes deceſſiſſe. Hic* modus hodiè *tum demum obtinet, ſi bellum geritur adverſus Chriſtiani nominis hoſtem.* per notat. 5.ex Alciat.ad tit.3. p.5. *Quin & ibi monachos ſervis comparari dixi, unde hic dubitari* poteſt, an nexu paterno ſint ſoluti? *quod affirmo, non tam ob dictam rationem, quam quod monaſterij ingreſſu alium monachus patrem nanciſcitur, abbatem ſcil.* c.monachi, c.cum ad monaſterium & t.t. de ſtat: monach. *adeò ut pater non poſſit vindicare filium monachum factum* .56.§.1.C.de Epiſc.& cler.Adde Ulp. infragm. tit.10.

Suſpendit propter fictionem juris poſtliminij, quod æquitatis cauſa eſt introductum, ne remedio deſtituerentur, qui fortiter pro patria pugnando, capti, poſteaq; reverſi ſunt. §.5.h.t.l.19. ff.de capt.& poſtl. rever.

Lib. *1*. Tit. *13*. De tutelis.

Hactenus de perſonis alieni juris, ſui juris (quare hic nan nova traditur diviſio in pr.h.t.) *ſunt qui tenentur vel in*
- *tutela*
- *cura*

— *unde agitur in ſeqq. vel*
- *ſingulariter de*
  - *tutela.* pag. ſeq.
  - *cura.* j.tit.23. h. lib.pap. 25.
- *communiter de utraque* j. tit tribus ult:h. lib. pag.26.

neutro jure, ut ſunt omnes præter pupillos & minores nexu paterno & dominico liberati

1. eſt

Tutela

1 eſt Vis (*non violenta ſed amica, ad cogendam vel gubernandam, item tuendam & defendendam perſonam,* arg. l. 14. ff. de teſt: tut.) *ac* poteſtas (*ad bona adminiſtranda.* l. 27. ff. de admin. & peric.) *in capite libero* (id eſt tutore l. 22. ff. de teſtam. tut.) *ad tuendum eum, qui ſe per ætatem defendere nequit* (*qualis eſt pupillus, qui* patrio nexu liberatus, *nondum eſt annorum 14. ſi maſ, 12, ſi fæmina,* in pr: j: quib: mod: tut: fin. l. 239. de V.S. *dicitur etiam orphanus*) jure civili *data* (*ut* legitima l. 5. in pr. ff. de leg. tut.) *ac permiſſa* (*ut* dativa *ſeu honoraria &* teſtamentaria per l. 7. ff. rem pup: vel adol. ſalv. for. §. 1. h. t. de tut.

2 *dicta eſt á tuendo: unde & tutor eſt qui eam vim ac poteſtatem habet.* §. 2. h. t.

3. *conſtituitur tribus modis. unde tres ejus ſpecies*

- *teſtamentaria, quæ eſt prima, quia quamdiu ea ſperatur, tam diu legitimæ locus non eſt.* l. 11. ff. de teſt. tut. *Ea autem*
  - 1 *eſt ex* l. 12. *tabb. introducta.* l. 120. de V. S.
  - 2 *definitur tutela, qua parentibus permittitur dare tutores liberis in poteſtate* (*unde mater rectè dare nequit.* §. 10. 5. de adopt. ſi tamen dedit & ſimul liberos inſtituit, *tum á prætore confirmatur cum inquiſitione, id eſt, inquirendo in vitam, mores & facultates tutoris, an nempe ſit idoneus.* l. 2. & 4. ff. de confirm: tut: l. 1. C. eod.) *conſtitutis impuberibus: Et*
    - *quidem tam*
      - *filijs & filiabus, quam nepotibus ac neptibus.* §. 3. h. t.
      - *natis quam poſthumis,* §. 4. h. t. *quia pro natis habentur, dum de eorum commodo quæritur.* l. 7. & 26. ff. de ſtat. hom.
    - *Non tamen emancipatis, ex ratione* §. 3. h. t. *Quod ſi tamen datus ſit de facto tutor, ob naturalis charitatis & affectionis vinculum, quod vehementiſſimum in patre præſumitur, confirmatur á magiſtratu ſine inquiſitione,* §. fin. h. t. *& legitimis præponitur,* quia pro teſtamentario habetur. l. 3. ff. de confirm: tut.

Lib. *1.* tit. *14.* Qui teſtamento tutores dari poſſunt.

Rem accuratè conſiderando rubrum hoc anguſtius eſt *&* §. 3. 4. 5. *in nigro non continet.*

  - 1 *paterf:* pr. h. t. *modò non ſit prorſus mutus aut ſurdus* l. 1. §. 2. & 3. ff. de tut.
  - 2 *filiusfam.* d. pr. *Et tum ad eam ſuſcipiendam opus non eſt conſenſu patris, ſed hoc intereſt, quod is, ſi filio expreſsè conſenſit in* adminiſtrationem capiendam, *teneatur inſolidum:* l. 7. ff. h. t. Sin modò ſcivit, eum gere re tutelam, *peculiotenus tantum.* l. 21. ff. de admin: tut.
  - 3 *dari poſſunt quidã*
    - *abſolutè ut*
      - 3 *Servus proprius, qui ſimul ex teſtamento libertatem, vel expreſſis verbis, vel ſaltem tacitè, & præſumptâ teſtatoris voluntate,* §. 1. h. t. l. 7. c. qui dar tut. junct. l. 2. ff. de juriſd.) *conſequitur. Quo tamen caſu, (ſi tacitè conſequitur)* non fideicommiſſariam, *ut putavit Ulp:* l. 10. §. fin. ff. de teſt. tut. *& impp. Valerian. & Galien:* l. 9. C. de fideic. libert. *ſed* directam (*quid utraq; & quomodo differant, vide* j. de ſing. reb. per fideic. relict. §. 2. lib. 2. tit. 21.) *eum conſequi, æquitas jubet, & favor libertatis ac pupillorum ſuadet. Quæ ſententia fuit Pauli,* l. 32. §. fin. ff. de teſtam. tut. *quem ſecutus eſt noſter Juſtin.* d. §. 1. & d. §. 2.
    - *conditionaliter ut*
      - *Servus alienus, nempe ita, ſi liber erit:* purè, inutiliter datur tutor l. §. 1. in fin. *ſcil: de rigore juris, ex* benigna tamen interpretatione *fideicommiſſaria ei libertas data intelligitur, ut hæres eum á domino redimere, & manumittere habeat neceſſe.* d. l. 10. §. fin.
      - *furioſus, tum cum compos mentis factus fuerit.* §. 2. h. t.
      - *minorennis, tum, cum major 25 annis factus fuerit.* §. eod.
      - (for the last two:) *interim ne indefenſi pupilli maneant, ad eventũ cõditionis, alius* tutor *dandus eſt.* §. 1. j: de Attil. tut. l. 11. in pr: ff. de teſt: tut.
  - 4 *fit.* pag. ſeq.
- *legitima:* pag. ſeq.
- *dativa* j: tit: 20. pag. 21.

4 *conſtituta requirit præſtationem autoritatis.* j. tit. 22.

5 *fruitur certis modis.* j. tit. 22.

teſtamentaria tutela fit

certis modis, nempe vel

- *ex certo tempore, vel ad certum tempus*. §.3.h.t.l.8.§.2. ff. de teſt.tut. Quod tamen huic tutelæ proprium eſt. arg.l.4. ff.de ſervit. l.44.§.1.circ.fin.ff.de O.& A.
- *ante hæredis inſtitutionem*: d.§.3.
- *ſub conditione vel ad conditionem*,
  - *ſcil: poſſibilem, quæ accidere poteſt, ſive id fiat difficulter, ſive facilè; Ea eſt talis vel*
    - *natura, ut ſi Imp: deceſſerit.*
    - *lege, ut ſi agnati tutelam ſuſceperint.*
  - *non impoſſibilem, quæ contrà: eſt talis*
    - *natura, ut ſi cælum digito attigeris.*
    - *lege, ſi matrem uxorem duxeris.*
  - vide l. 9. & 15.ff.de cond. inſtit.
- *non tamen datur* certæ rei vel cauſæ.§.4.h.t. *quia datur non* cauſæ ſed perſonæ (*ſcil: principaliter*) *quæ individua eſt*.l.12.13.14.ff.de teſt.tut.

certa forma nã datur tutor vel

- *filijs & filiabus, & tum intelligitur etiam datus* poſthumis filijs & filiabus §.fin.in pr.h.t. *ratio eſt in ante alleg*. l.7. & 26.ff. de ſtat.hom.
- *filijs & tum* nepotibus datus non intelligitur.d.§. fin.in med.adde l.15.ff.de teſtã. tut.
- *poſteris ac liberis* (*Seinen kindern*) *& tum cunctis ſive filij ſive nepotes ſint, datus intelligitur*. d.§.fin. in fin.

Lib. 1.tit.15. De legitima agnatorum tutela.

legitima tutela

1. Sic vocatur per eminentiam, quia ſoli legi, id eſt, juri 12.tabb. innixa, & ab ea introducta eſt, nec pendet ab hominis vel diſpoſitione, ut teſtamentaria, vel autoritate, ut dativa: interim tamen & hæ ſunt legitimæ. l. 130. de V.S.

2 *Ei locus eſt, ſi teſtamentarius tutor deficit*: pr.h t.l.11. ff.de teſt.tut. *quod tum fit ſi non modò teſtamentum non eſt conditum, ſed eſt conditum quidem*, inibi tamen tutores vel prorſus non ſunt dati, vel dati quidem ſad vivo teſtatore deceſſerunt.§. 2.h.t.l.6.ff.eod.

3 deſcẽdit vel ex 12. tabb. verbis ut legitima agnatorũ, quæ mente & interpretatione 1.tit.17.pag.21.

- *introducta eſt ex ſumma providentia, ut nempe ij tuerentur bona pupillaria, qui poſt fata ſe ſucceſſores ſperant* l. 1. ff.h.t.adde l.10.ff.dè R J.
- *defertur agnatis* (*quid ſint* vide 5.§.1.de nupt.p.11. ex §.1.h.t. (*illud hic probè notandũ, quod agnatio in doctrina de tutela ſit ſtrictior, notetq; tantũ eam, quæ eſt per mares in eadem familia inter mares*. l.7.ff.de leg.tut) *& quidẽ*
  - *1.maſculis non fœminis*.l.1.§.1. ff.de leg.tut. *quia tutela eſt munus maſculorum*.l.ult. ff.de tut:
  - *2 juſtæ ætatis, nam minor 25 annis, plane adſpirare non audet, major 70 ſe excuſat*.§.13.j.de excuſ:tut:in fin, j.de fiduc. tut.
  - *3 proximioribus gradu ſive*
    - *unus ſit*
    - *ſive eodẽ gradu plures, nã tũ omnes ſunt*. §. fin. tit. ſeq. de cap.dim.l.9ff.de leg.tut.
    - *quia tutela eſt introducta ad modũ ſucceſſionis*.d.l.1.ff.de leg. tut. *defertur a. ſucceſſio proximioribꝰ, aut eodem gradu pluribus exiſtentibus omnibus*. §. 5. j. de leg: agn:tut:
  - *4 agnatis* (nõ affinib. l. 3. C. comm: de ſucceſ,
    - *olim in ſpecie ſic dictis*.d. §.1.h.t.
    - *Hodie etiam cognatis, quia diſtinctio illa* Nov. 115. c. 4. *ſublata eſt in ſucceſſione allodialium, & ſic etiã in tutelis*, per modò dicta. *Durat adhuc in*
      - *1 Electoratus adminiſtratione, expreſsè enim ſancitum in* A. C.Car. IV.§.ſolicitudinis, *ut proximus agnatꝰ impuberis hæredis Electoralis tutor ſit*. Quare teſtamẽto illud jus ei aufferri nõ poſſe verꝰ eſt. arg. l.120.de V.S.l.55.de leg.1.l.1.C.de uſufr.l.7, ut in poſ: leg.
      - *2 Feudis*.Schrad:p:10.ſect.29.n.31.
  - *5 Ex jure novellarum matri & aviæ*, arg.l.14.C.de his qui accuſ. *ſecundis nuptijs & SCto Vellejano renuncianti*. *Quod a.* hæc tutela legitima ſit, *patet* ex Novel.118.c 5. *ubi legitimis agnatis præfertur: Et* hac mulierẽ teſtamento privari non poſſe *dicendum eſt, ob easdem rationes, quæ datæ ſunt in proximo agnato Electorali.*
  - *6. Capitis diminutionem paſſis*. pag. ſeq.

1. perimit. pleruṅq. (ponitur non quod unquam accidere poſſit capitis diminutio, qua non tollatur ipſo jure agnatio, ſed quod nonnunquam accidat, ut perinde juris effectus duret, ac ſi nunquam capitis diminutio interceſſerit, ut in caſu l. 4. C. de legit. tut. l. 4. C. de cur: furioſ. §. fin. j: de leg. agn. ſuc.) agnationem: quia juris civilis eſt nomen. arg. § pen. 5: de jur: n. g. c.
non jus cognationis, quamvis ejus effectu maximâ & mediâ capitis diminutione impedito, ipſum quoq. jus ſublatum ſæpè dicatur. §. 6. tit. ſeq.

Tit. 16. De capitis diminutione.

6. porro datur tutela legitima agnatis non paſſis capitis diminutionẽ: ea autem

2. quia ejus ſenſus aliquanto à communi ſenſu & intellectu remotior, ideoq. peculiari hoc tit: extra ſcopum propoſitæ materiæ

definitur prioris ſtatus mutatio. pr. h. t. Eſt autẽ ſtatus hominis
- publicus, dignitatis & honoris. l. 5. §. 1. ff. de extr: cogn: qui tamen permutatus caput non minuit, exemplo Senatoris ſenatu moti: §. 5. h. t. is tamen ſi propter turpitudinem Senatu motus nec rurſum reſtitutus ſit, judicare aut teſtimonium dicere prohibetur. l. 2. ff. de Senat.
- privatus, qui eſt hujus loci, & conſiſtit in libertate, civitate, & familiâ. Et hæcce habens (unde ſervus capite minui nequit §. 4. h. t.) & vel unum, vel omnia omittens, capite minui dicitur. l. fin. ff. h. t.

dividitur in tres ſpecies d. pr.
- prima dicitur maxima, cum quis ſimul & civitatem & libertatem amittit. §. 1. h. t. velut ſi quis
  - efficitur ſervus pœnæ, atrocitate ſententiæ. l. 5. §. fin. ff. de extr: cogn: l. 29. de pæn. ſed hodie ingenuis damnatis ſententia non nocet. Nov. 22. c. 8. & 9.
  - libertus ut ingratus erga patronum condemnatur. d. §. 1. n. t.
  - liber homo ad pretium participandum venundatus eſt. §. eod.
- Secunda dicitur minor (reſpectu primæ) ſeu media (quia inter eam & minimam intereſt) quâ civitas retinetur, libertas amittitur. Quod accidit ei cui aqua & igne interdicitur §. 2. h. t. Ei ſucceſſit deportatio, l. 2. §. 1. ff. de pœn: quæ apolides facit, libertatemq. civilem ſeu jus Quiritium adimit, quare meritò hanc ſecundam capitis diminutionem conſtituit. l. 5. §. fin. ff. d. t. de var. & ext. cogn.
- minima, cum civitas retinetur & libertas, ſed ſtatus (familiæ) hominis mutatur. quod ſit
  - arrogatione ejus qui eſt ſui juris. l. 2. §. 4. l. 3. ff. h. t.
  - emancipatione filijfam. §. 3. h. t.
  - propter antiquum emancipandi modum. Qui tamen cum hodiè ſit mutatus, ut ſuprà pag. 17. dictum, amplius emancipatione caput non minui probabiliter ſtatui poteſt.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851/phys_0021
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851/phys_0022
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757434851/phys_0023
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851/phys_0024
DFG

14

CLA S
IVRIS JVS IANEI
DISQVIS III.

Qu

Annuente D ne

Ex Conſenſu ate

Nobiliſſimi ampliſſim onſultorum in alma Viad is,

PR

JOHANNE SLERO

Nobiliſſimis, præſtanti Dominis Collegis privatim diſcu nit

HENRICU SELIN

Roſtoc

Die 22. Decembr. C. XV.

Loco, h

Typis JOANN HORN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757434851/phys_0025
DFG